

INDEX

CODICUM MANUSCRIPTORUM

QUORUM LECTIOINES ADHIBUI.

- A. et B. Codices Regii Parisienses apud Brunckium.
- C. D. E. F. N. Codices Regii Parisienses a Vauvillierio collati.
- G. H. K. L. Codices Regii Parisienses, quorum collationes in Bibliotheca Academiae Cantabrigiensis adservantur, duobus libris, quorum marginibus adscriptae fuerant a Petro Needhamo, et postea ab Antonio Askevio.
- Colb. 1. 2. Codices olim in Bibliotheca Colbertina, quorum collationem habuit Needhamus.
- M. 1. 2. Codices chartacei, quos ex monte Atho emerat Ricardus Mead, Medicus celeberrimus. Hos olim ab Askevio, et postea a Butlero collatos, ipse quoque in Bibliotheca Academiae nostrae inspexi.
- Med. Codex Mediceus, Florentiae adservatus, et vetustate insignis; cuius collationem confecit, et Needhamo transmisit, A. M. Salvinius. Alteram hujus Codicis Collationem, ab Italo quodam docto confectam, adhibui, quae margini exemplaris editionis Stanleianae adnotantur, cuius usum mihi humanissime concessit Vir, supra meum praefatione longe positus, litterarum, dum vixit, amantissimus, Gulielmus Windham. Varietates ipsa Collatoris manu scriptae sunt, adjectis quibusdam interpretationibus Itallicis; hunc autem collatorem eundem Salvinius fuisse, ex eo patet, quod eadem conjecturae in margine libri Windhamiani notantur, quas Needhamiani margo Salvinius tribuit. Hunc vero codicem, et illum qui proxime sequitur, Philelphi Codices vocat Salvinius.
- Φ. Codex Philelphi: de quo Salvinius ita loquitur "Plut. 31. n. 1. (credo Biblioth. Laurentiano-Mediceae) Sophoclis, Euripidis, Aeschyli *quaedam* tragoediae." Quare diversus est a Mediceo, qui *omnes* tragoedias continet.